



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.38. Alimenta & vestimenta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæcul. VIII. excitet audientes. Episcopus vel Pra.  
 A. C 763. c. 9. positus mandata sua denunciet, & delin-  
 quentes corripiat. Capitulo finito si-  
 guli ad opus manuum sibi injunctum se  
 conferant.

## §. XXXVIII.

*Alimenta & Vestimenta.*

c. 20. **D**e Alimentis statuitur, ut a Pascha us-  
 que ad Pentecostem Canonici bis in  
 die reficiantur, & carnibus vesci liceat,  
 sola die Veneris excepta. A Pentecoste  
 usque ad Festum S. Joannis bis reficien-  
 tur, sed carnes non comedant. A Festo  
 S. Joannis usque ad Festum S. Martini bis  
 reficiantur, atque diebus Mercurii & Ve-  
 neris a carnibus abstineant. A Festo  
 S. Martini usque ad Natalitium Domini,  
 a carnibus abstineant, & usque ad No-  
 nam jejunent. A Nativitate Domini  
 usque ad Quadragesinam jejunent us-  
 que ad Nonam diebus Lunæ, Mercurii,  
 & Veneris, & his duobus diebus a car-  
 nibus abstineant, aliis diebus bis reficien-  
 tur. Si inter has Ferias Festum incide-  
 rit, in voluntate Præpositi sit dare licen-  
 tiā vescendi carnibus. In Quadrage-  
 ma (\*) jejunent usque ad Vespertas, &  
 vetitum

(\*) Der Protestant giebt das Wort, *Careme*,  
*Quadragesima*, in den Fastnachten. Und gleich  
 darunter: *Quando unica datur refestio*, man  
 wird nach der Mahlzeit dreymal trinken.  
 Viele andere Fehler zu geschweigen.

vetitum sit extra Monasterium mandu- Sæcul. VIII.  
care. In Refectorio septem mensæ ster- A. C. 763.  
nantur. Supremæ accumbant Episcopus 6. 21.  
cum hospitibus & peregrinis, Archidia-  
conus, & quos Episcopus invitaverit.  
Ad secundam sedeant Presbyteri, ad ter-  
tiam Diaconi, ad quartam Subdiaconi,  
ad quintam alii Clerici, ad sextam Ab-  
bates, & quibus Præpositus licentiam de-  
derit, ad septimam Clerici ex Civitate  
in præcipuis Festis. Panis mensura nulla  
ponitur. Prandentibus detur unum pul-  
mentum, & duobus Canonicis duæ car-  
nis portiones, cœnantibus autem una  
portio. Cibis Quadragesimæ etiam ca-  
feus accensetur. Potus singulis mensura  
præscribitur. Prandentes ad summum  
ter bibant, cœnantes vero bis, & ter,  
quando unica datur refectio. Qui a vi-  
no abstinent, Cerevisiam bibant. Om-  
nes Canonici per vices in culina serviant,  
excepto Archidiacono, & quibusdam mi-  
nistris aliis, qui in utilioribus occupan-  
tur.

In vestimentis hæc habeatur ratio.  
Media pars Clericorum, nempe Seniores,  
singulis annis accipiant Cappas novas,  
veteres autem junioribus dentur. Pres-  
byteri & Diaconi, qui assidue deserviunt,  
singulis annis accipiant duas tunicas \* , \* Sarciles.  
aut lanam, unde duæ tunicæ effici pos-  
sint, & duas interulas \*. Pro calceamen.. \* Camifiles.

U 4 tis

Sæcul. VIII. tis singulis annis habeant unam pellem  
A.C. 763. vaccinam, & solearum quatuor paria.  
 Ad coemenda ligna pecunia eis detur.  
 Hi sumptus vestiarii & lignorum accipie-  
 bantur ab Ecclesiæ Metensis redditibus,  
 qui tam in civitate, quam ruri colligeban-  
 tur. Clerici Beneficia habentes, inde  
 sibi vestimenta comparare tenebantur.  
 Illa ætate adhucdum Beneficium diceba-  
 tur possessio fundorum, ab Episcopo con-  
 cessorum.

c. 28. Cura singularis geratur Canonicorum  
 ægrotantium, præsertim si proprias fa-  
 cultates non habeant. Seorsim habitent,  
 & constituatur Clericus, qui invigilet, ut  
 omnia necessaria præbeantur. Qui cum  
 c. 10. Episcopo iter faciunt, vel soli, Regulam  
 c. 25. Congregationis, ut poterunt, observa-  
 bunt.

c. 27. Rectores hujus Congregationis erant,  
 primo Episcopus, & sub ipsius cura Ar-  
 chidiaconus & Primicerius, quos Episco-  
 pus castigare & deponere poterat, si of-  
 ficio suo deessent. Erat quoque Celle-  
 rarius, Ostiarius, infirmis Præfectus, Cu-  
 stodes trium præcipuarum Ecclesiarum,  
 c. 24. 4. S. Stephani, S. Petri, & Sanctæ Mariæ,  
 qui ibi vel inde haud procul dormiebant;  
 Regulæ tamen subjecti.

§. XXXIX.